



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Casvum Conscientiæ

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisque Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

Decisiones Casvum Conscientiæ Ex Doctrina Consiliorvm Martini Ab Azpilcveta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem in suos Titulos distributæ

Sayer, Gregory

Venetiis, 1627

4 Parochus ex iusta causa, & licentia a residentia excusatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13903

DECISIO II.

Ex cons. 3. alias 1.

Lex generalis prior non tollitur, sed limitatur, per posteriolem specialem in aliqua specie illi contrariam ad illam speciem: ita etiam lex generalis posterior per legem priorlem specialem ei contrariam quoad illam speciem limitatur. Sed & posteriores, ff. de legib. etiam si in lege noua poneretur clausula illa, Non obstantibus legibus...

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 1.

Canonicus qui quadraginta annis seruauit Ecclesie, non liberatur ex hoc a residentia, cuius nulla lege statutum sit, & post Tridentinum, sess. 24. c. 16. de ref. Canonici per sonalem residentiam requiritur, non obstante quacunque consuetudine antiqua: Et qui non interest officii diuini, distributiones quotidianas lucrificare non potest.

DECISIO IV.

Ex consilio 4. alias 15.

Parochus, qui ex iusta causa licentiam scriptam habuit ante Concilium ab Episcopo suo absentandi se ab Ecclesia sua parochiali: etiam post Concilium Tridentinum, sess. 24. c. 1. de ref. & c. relatum, de clerico non resid. sine alia noua licentia abesse potest: cum licentia semel data, quousque reuocetur, durat, etiam post mortem concedentis: Arg. c. si super gratia, de offi. dele. in 6. unde & parochi qui ante Concilium Tridentinum causa studiorum licentiam ab Episcopo absentandi se obtinuerunt, cum ex eo, de elect. in 6. etiam post Concilium confirmatum nouam licentiam petere non tenentur.

DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 19.

Canonicus regularis tenentis suo statu regulari, licet parochialem de nouo obtinere non possit, vel obtentam ante professionem post eam factam rennere, nisi cum legitima dispensatione: ea. ne pro cuiuslibet 16. q. 1. c. si quis iam translatus, 21. q. 2. c. Ne in agro, si ane 2. de statu monac. & c. lesiam tamen residentiam requirens canonice adaptus, in ea potius quam in Ecclesia regulari: cuius est Canonicus, residere tenetur: cap. 1. 18. q. 1. & c. cum olim. 2. de priu. Propter suam tamen parochialem, aut residentiam in ea, statum suum regularem non amittit, sed obligatus manet ad castitatem paupertatem, & obedientiam, licet hanc non debeat prælati, sed Episcopo illius superioris.

DECISIO VI.

Ex cons. 6. alias 5.

Residens, sicut alij similes residere solent, satisfacit, nisi postea iuxta Concilij Tridentini decreta, sess. 21. cap. 1. de ref. & sess. 22. c. 3. de ref. alia residentia cum consensu Capituli singulis imponatur, tunc enim residere tenentur, & interesse diuini officij eo modo quo ab ipsis fuerit ordinatum.

DECISIO VII.

Ex cons. 7. alias 6.

Utrum de similibus idem sit iudicium, c. Dudum, de el. consuetudo non residendi in similibus, scilicet vel per alium idoneum, & ab Episcopo approbatum excusata residentia tali, vel tali modo a fundatore imposta: maxime cum Episcopus ex consensu patroni iusta de causa dispensare possit super qualitate ad beneficium tuendum requisita. Fel. in c. cum accessissent, de constit. num. 18.

DECISIO VIII.

Ex cons. 8. alias 9.

Quamuis distributiones assignari possint certis quibusdam horis, & non alijs, statuit tamen non potest, quod quis beneficiariorum interessens certis officijs diuinis, lucretur distributiones non solum assignatas pro illis, sed etiam assignatas pro alijs, vel quod interessens una hebdomada certis officijs lucretur illa, quæ pro illis alia hebdomada interessentibus eis dari solent: Et si quæ talis alicubi consuetudo sit, & illicita est, & tam iuri antiquo, cap. 1. de cler. non resid. in 6. quam nouo Concilij Tridentini decreto, sess. 24. c. 12. de reformat. antiquum innouanti, omnino contraria.

DECISIO IX.

Ex cons. 9. alias 11.

Canonicus coniectus in carcerem propter suspicionem homicidij, & ob indicia tortus, & tandem absolutus, & innocentis iudicatus omnes fructus, & distributiones quotidianas Ecclesie, quæ inter alios, canonicos præsentans, & officijs diuinis interessens distribuuntur: lucrifacit, eo quod omnis necessitas corporalis non solum ea, quæ reddit impossibilem aditum ad diuina, ut est coniectio in carcerem, sed etiam quæ reddit incommodum notabiliter corpori, ita ut etiam si posset ire, modo non posset sine rursione corporis, puta quia est sanguine mitius, vel accepti positionem aliquam medicinalem, efficit, ut absenti reddantur fructus, & distributiones quotidianas, quas lucratus fuisset si sic impeditus non fuisset: cap. 1. de cler. non resid. in 6. & Dominici & ca. quoniam, dist. 28. cum nemo ad impossibile obligetur, c. Nemo, de reg. iur. in 6. nec culpa carens damnum pati debet, c. de constituit.

DECISIO X.

Ex cons. 10. alias 8.

Abens Canonicatum, vel dignitatem in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata residendo in Curia Romana, de mandato sui Capituli, vel Collegij, pro causis, & negotijs Ecclesie sue gerendis satisfacit obligationi quam habet residendi in sua Ecclesia, tam secundum iura communia antiqua, c. ex parte, de cler. non resid. quam noua Concilij Tridentini, sess. 24. c. 12. de ref. & residere censetur, etiam quoad querendos fructus temporis, & cum non deceat, de elect. in 6. & etiam distributiones lucrandas pro toto tempore quo abest, pro Ecclesia sue utilitate; Archid. recepl. in c. 1. tit. & li. eod. Sicut etiam & Regularis ob Monasterij sui, vel amici eius negotia, de supetoris sui licentia absens, residere censetur & præsens in suo Monasterio. Ar. ca. Monachi, 2. & c. qui uerit, 16. q. 1. Inno. in c. cum I. & A. de re iudic. Immo & Nouitius, qui iuxta Concilij Tridentini decretum, sess. 25. ca. 15. de reg. professionem facere non potest, nisi in religione relederit per annum, siue in Monasterio, siue extra, de mandato & licentia superioris residere negotia utilia ei faciendo, ita residere censetur, ut annum probationis compleat. Situ. ve. Religio, 3. q. 19. & N. in c. statuius, n. 75. com. 2. de Regulari.

DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 2.

Episcopi in suis obsequijs duos Canonicos suorum Ecclesiarum retinere possunt, c. ad audientiam, & c. cum dilectus, de cleric. non resid. & alij Prælati Ecclesiarum collegiatatum non Cathedralium qui sunt quasi Episcopi, saltem unum. Arg. c. his quæ de maior. & obed. Panorm. in c. de cetero, de cler. non resid. Quo tempore absentia, & seruuij, licet fructus suorum Canonicatum lucrifaciant, distributiones tamen quotidianas, quas aliqui victualia uocant, & quæ tantum interessentibus diuinis diuiduntur, recipere non possunt, c. licet de præb. & c. de cetero de cler. non resid. nisi ex speciali Papæ licentia, præterquam in diebus, & mensibus, & negotijs illis, in quibus, & propter quæ etiam alij Canonici lucrifaciant illas etiam si absent: adeo quidem, ut consuetudo non possit eis prodesse, c. 1. de cler. non resid. in 6. Immo nec hodie remissio collegiarum saltè præcedens earum amissionem illis prodesse potest, ex Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de ref.

D DE-